



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Enchiridion Locorvm co[m]munium Ioannis Eckij,
aduersus Lutheru[m] & alios hostes Ecclesiæ**

Eck, Johannes

Antverpiae, 1541

26 De annatis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-35599

Truncate adducitur Paulus, qui *De tertio*
ait, sicut cæteri qui spem nō habent
Itaq; deflere mortuum ex desperati-
one futuræ resurrectionis est ma-
lam, quod non facit ecclesia c. vbi-
cunque. 13. q. 2.

Secundum prædicta intelligantur *De 4. & 5.*
Cyprianus & Chrysost. quando ali-
quis defleret mortuum ex diffiden-
tia, quasi perpetuo illum amiserit.
Vide *Tom. 2. Homil. dominicæ. 17.*
post pentec.

DE ANNATIS.

Cap. XXVI.

Annatas id appellat in curia
Rom. quod ordinarij loco-
rū nominat, medios seu pri-
mos fructus, & pro confirmatiōe epī-
scopi, solent appellare, redēptionē
palliū, quū tamen proprie solus epi-
scopus Bambergensis in Germania
habet palliū & archiepiscopi.

Filijs autem Leui dedi omnes de- *Num. 18*
cimas Israel in possessionem pro mi-

T 5 aiste-



DE ANNATIS.

nisterio, quo seruiunt mihi in tabernaculo fœderis. Et infra: Precepit Leuitus atq[ue] denuncia, quum acceperitis à filijs Israel decimas, quas dedi vobis, primitias earum offerte domino, i.e. decimam partem decimæ, ut reputetur vobis in oblationem primitiuorum, tam de areis, quam de torcularibus, & vniuersis, quorū accipitis primitias, offerte domino, & date ea Aarō sacerdoti. In veteri igitur testamento, Leuitæ & fæcere dotes accipiebant decimas, & Aaron summus fæcere accipiebat decimā decimarum. Descendunt ergo annatae de iure diuino, quia succedunt in locum decimæ decimarum.

Necro. Et Leuitæ offerent decimam partem decimæ suę in domo dei nostri, ad gazophilaciū domini dei nostri Annatarum meminit Ioannes Andreæ in ca. inter cetera de officiis ordinarij post Hostien, quem citat in huiusmodi sententia, dicit hic Hostie,



fis, quod Romanam ecclesiam in annatis exigēdis, vbi alioquin nullum*ius* haberet, excusat necessitas, quia nec de suo posset omnibus prouidere. Et infra: Id iam est de antiquissima consuetudine obtentum. Postea refert quomodo pluries claimauerit, in tantum, quod super eo fuit sermo in Concilio Viennensi, cui præsedid Clemens quintus.

Sequitur errasse Platinā & Blondum, & quosdā consarcinatores grauaminum Germaniæ, nam inuentū annatarum tribuunt, vel Ioanni²²⁺ vel Bonifacio²³⁺, vel concilio Constantiensi, quod Germani faciunt, quia Clemens²⁴⁺ præcessit Ioan.²²⁺ & Bonifacium nonum. Et is tamen nō inuenit annaras, sed inuentas approbavit ex antiqua consuetudine. Et certe isti duo testes Hostien. & Iohannes Andreæ frangunt mendacia eorum ecclesiastici status.

In

DE ANNATIS.

In Constantiensī concilio nō fuerunt institutæ annatæ, vt nugantur centones Lutheranorum, sed quia aliquæ ecclesiæ decreuerunt in temporalibus, fuit cōstitutum vt illæ ecclesiæ sic de paupertate reducerētur ad iustum taxam, secundū valorem ecclesiæ currentem. Ideo magis confirmavit annatas. Vnde nullus ad huc publicauit vere, quando annatæ fuerint inuentæ, ideo benedicunt præfati, annatas rem esse antiquissimam.

Gerson de Simonia. 36. K. Sicut ex antiqua lege decimæ decimarum debebantur summo sacerdoti à Leuitis, Num. 18. Deute. 16. Sic non minus in lege noua debetur hæc decimatio facienda ipso papæ per inferiores. Hæc autē recompensatio vindetur rationabilis, q̄ fructus primi anni à quolibet beneficiato persoluantur: quoniam in hoc papa seruit ecclesiæ, & ita pro sustentatione decenti



DE ANNATIS. 147

centi status sui potest onerare perso-
nas & beneficia. Et illam rationem
dicit bene inferre & concludere.

Sequitur si sacerdotes, & episcopi
vellent negare annatas summo pon-
tifici, tunc eadem facilitate laici ne-
garent decimas sacerdotibus, & sa-
cerdotes recusarent medios fructus
dare episcopis, vnde ex ecclesia face-
remus Babylonem. Id quod strenue
contendunt hæretici, & eorum ad-
hærentes, diuina humanaq; omnia
commiscentes.

DE HAERETICIS

comburendis.

XXVII.

Prima pœna hæreticorum in no-
uo testamento fuit excom-
municatio.

Si quis ecclesiam nō audierit, sit Mat. 18
tibi sicut Ethnicus, & publica-
nus, id est, separetur ab ecclesia
per excommunicationē. At hæretici in-
corrigitibiles, nō audiunt ecclesiam.
Hære-

